( )

Narratum mihi est de eodem Woizlaum a senioribus meis, quia cum magnę esset potentię, set maioris heu superbię, in ea nocte, quam vivendi ultimam fecit, vidit somnium infaustum, malum (corr. male) presagum futurorum. Putabat namque se videre scalam ad cęlum usque erectam seque in nixum scalę pervenisse ad summitatem eius. Cumque se putaret vertice pulsare cęlum, ecce ruit scala et ipse pariter cum ea et sic ruendo evigilans ipso die interfectus est cadens in foveam, de qua non exibit.) cf. Is. 24,18

) Anno d. i. MCLXX(1. v.) - exibit nachher von and. Hand P

Anno) dominicę incarnationis M°CLXXI Thomas Canthuariensis archiepiscopus martyrio coronatur,[1] cuius magna et stupenda miracula universo mundo innotuerunt, de quibus in presentibus nichil dicimus, quia gesta ipsius per se apud nos habemus.

Nno, davor am Rand MC radiert, Jahreszahl auf Rasur, von der noch ein Stück frei blieb (XXI), alles von and. Hand P

Anno dominicę incarnationis MCLXXII).

Anno dominicę incarnationis MCLXXIII. His) diebus rex W(ladizlaus) senex iam et infirmus videns se non sufficere laboribus expeditionum et curis publicę rei invenit consilium interim, ut videbatur, bonum, quod sibi maioris postea laboris seminarium cf. Gen. 37,5

) auf Rasur von and. Hand davor am Rand MC radiert P

) von and. Hand auf Rasur P

1) 1170, Dez. 29.